Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8319
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sermo in die Visitacionis Bte Marie virginis

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda. Et intravit domum Zacharie et salutavit Elisabeth. Et factum est cum audivit salutationem Marie exultavit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth. Et exclamavit voce magna et dixit benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in aures meas exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino.

Ecce Maria ad montana festinat, ut Elisabeth cognata sua salutet. Et ecce Elisabeth cognata sua salutatione Marie exultavit infans in utero eius